

1774.

1. Alx., Matthaeus Franciscus : Xe quacobiis
medico legales ex chirurgia declarantibus.
2. Henricus, Pet. Christphi, Decanus ordinis Teutonum . . .
solemnis inauguratio die 10. Febr. Christ. Franchi: Regul-
schafft . . . indeq; simulque nonnulla, sc; patre,
suntus et d'orans collationi subiectante, praemitti.
3. Henricus, Pet. Christphi, Decanus ordinis Teutonum . . .
solemnis inauguralia Iwanis Adami Bischoff
indeq; simulque nonnulla, de initio & colle-
giis et corporibus contracto, praemitti.
4. Henricus, Pet. Christphi: An iustores orto concursu
conductionem debitoris, qui bonis cessit, continuare
seneantur . . .
5. Turin, Iwanus Ignot: De dicto possidente . . .



1775.

1. Hemmannus, Augustinus Insector Romanus: An pma
capitalis in atlantico farto quaeficato locum habet.
2. Schorck, Hieronym. Tivolicus, Facult. iuris Viciae
Decanus . . . solemnis inauguralia . . . Augustin
Insector Rom. Hemmannus . . . indicet simulque
an hodie sola litis contestatio malam fidem semper
inducat? promittit?
3. Turin, Adamus Ignatius, Facult. iuris Viciae Decanus: lector
benevolo s. p. d. (ad dissertationem in en. Christ
phi Groeningeri instat).
4. Turin, Adamus Ignatius: De aerisimatione quanta
pluvium.

1776.

1. Daering, Tivolicus Tutorius: De quadruplici legis
virtute.
2. Heme, Rudolph Christoph: De rapta sposae



3. Henne Rev. Christphl, Decanus or. Diu; Lectorem
... solemnia inauguralia ... Friderici Gubbel
nisi Engelhardt ... indicit simulque nonnulla, de
sacerdotialis divisione embione oicem sustinente
praemittit.

1774.

1. Henne, Rev. Christphl, Decanus or. Diu; Lectorem
... solemnia inauguralia S. Augustini
Fugler ... indicit simulque nonnulla de venia
poenarum in dicta statutorum praemittit.
2. Henne, Rev. Christphl: De testamento publico per
repetitionem ab actis vel scriinis principis regulo.
3. Henne, Rev. Christphl: De modo finiendo acclatis curam
per impetratam veniam.
4. Schorck, Hieronymus Festerius, Fac. iuridicae Decanus.
... solemnia inauguralia ... Dr. Samuel Gottfrid.



Baumeisteri indicet.

5 Schorch, Christian Frider. Immanuel: Num vasallus
de feudo in Lusatia saperere per ultimam
voluntatem Disponens praecise proximatum
gradus observare teneatur?

1778.

1. Henne, Paul. Christ., De canis orinis et horum
... solemnia inauguralia ... Coriol. Dienemani
ni ... indicit simulque nonnulla de constituta
ambitionis seu stirpis superius et resolutius
praemittit.

2. Henne, Paul. Christ. De exceptione ad ius dicit,
pertinente plane inutili.

1. 1779.

1. Bickerich, Coriol. Frider., Doc. Ord. Ich ... solemnia inaug.
D. Franc. Philippi Franck ... indicit simulque nonnulla de
systemate ecclesiae cath. et protestantium praemittit

1779

1. Franch, Franciscus Philippus: Synopsis iure et
ecclesiastici publici et privati
2. Henne, Paul. Christph. . . . solemnia inauguralia
. . . D. Berolph. Christoph. Bader . . . indicat
similique nonnulla de inventario predecessorum
proceduntur.
3. Henne, Paul. Chr. . . . solemnia inauguralia
. . . D. Berolph. Christoph. Bader . . . indicat
similique nonnulla
4. Henne, Berolph. Christph.: De jure mariti a causa
alienationem tabis
5. Henne, Berolph. Christph.: De legitime confecti
orum hereditariem inventarii praescriptis
effectibus.



1780.

Touring, Fridericus Ludovicus : In uos beneficis
multi'cbris juvatur post mortem ejus debita
suscipiens?

1781.


1. Reinhard, Adam F. v. Christian : De finibus regnudis
2. Schorck, Hieron. Frider. . . . solemnia inauguraicia
-- Dr. Christian Gasticius Wehren -- indicit
quinque quædam de fendi marchionum Bran-
derburg. Lanquor burggrancrum Nürnberg. 15
Austria, occasione pacis non missæ Tescheniis
3. Schorck, Hieron. Frider. . . . solemnia & man-
juralia . . . Dr. Adam F. v. Christian Reinhard . . .
indicit, quinque quæctiorum : de tempore, quo apud
Romanos iustitiam expositio non per lecta



esse possit, ex factis de morib. Germanorum
Cap. XIX. illustrat.

4. Wohrm, Christ. Facet. : Programma, quo jus
possessorius non juris in re numeris habendum
esse existat.

46. Wohrm, Christ. Facet. : Nachrone Pa -
liana.



1776, 2
4
DISSERTATIO IVRIDICA INAVGVRALIS

DE
RAPTV SPONSAE,

Q V A M

ANNVENTE ILLVSTRI ICTORVM SENATV
IN ALMA AC PERANTIQA ELECTORALI
ACADEMIA ERFVRTENSI

P R A E S I D E

FACVLTATIS IVRIDICAE DECANO,

**DN. RVDOLPH. CHRISTOPH.
HENNE, ICTO,**

EMINENTISSIMI AC CELSISIMI PRINCIPIS ELECTORIS MOGVNTINI
CONSILIARIO REGIMINIS, FACVLTATIS IVRIDICAE ET IUDICII PRO-
VINCIALIS ADSESSORE, CODICIS ET IURIS FEVDALIS

PROFESSORE PUBLICO ORDINARIO,

PRO GRADV DOCTORIS
IN VTROQVE IVRE LEGITIME CONSEQUENDO,

IN AUDITORIO IVRIDICO COLLEGII ANSELMINI

DIE XVI. OCT. MDCCCLXXVI. H. C.

PUBLICO ERVDITORVM EXAMINI
SUBMITTET,

A V C T O R

FRIDERICVS GVILIELMVS ENGELHARDT,
SVEOVFRTENSIS FRANCVS.

ERFORDIAE, STANNO HENRICI RVDOLPHI NONNE,
ACADEMIAE A TYPIS.



DIZERTATIO IN MEDICO ET CHIRURGICO

RAPTA SPONSAE

MAIA

СОЛНЦЕ ВОСТАЛО ВЪ УДИЛИЩѢ
СОЛНЦЕ ВОСТАЛО ВЪ УДИЛИЩѢ

СОЛНЦЕ

ПРОГНОЗИСКОВАНИЕ





4

DISSERTATIO INAVGVRALIS IVRIDICA

DE

RAPTV SPONSAE.

§. I.

D e raptu sponsae dum hoc specimine acturi sumus ante omnia generalia quaedam de natura delicti huius, eiusque poenis praemittere necesse erit, ut eo facilius ad thema propositum applicatio succedere possit.

A

S. II.



§. II.

Est itaque *Raptus* (*Frauen-Raub, Entführung*, veribus Germanis *Notnunft* 1) dictus) abductio de loco in locum personae honestae voluntati ipsius aut eorum, quorum potestati subest, aduersa, animo libidinem explendi facta. 2) Alii addunt etiam: vel matrimonii iungendi causa facta. 3)

1) HALTAUS in Glossar. sub h. *vocce*.

2) l. vn. C. de Raptu Virg. C. C. C. art. 118. ill. KOCH in Inst. iur. Crim. §. 360.

3) vide BOGER. Disputat. de vniu. iure P. I. p. 1033. n. 65,
COLLEG. ARGENTORAT. Lib. 48. t. 5. §. 27.

§. III.

Ex hac definitione statim patet, quid sentiendum sit de quaestione: ast in *volentem raptus committatur?* nempe femina, quae rapitur, vel sui iuris est, vel non. In *primo* casu quaestio neganda est, quidquid contra dicat LYNECKERVS 1) & Anton. MATTHAEI 2), modo voluntas eius fuit libera & delosilis artibus non elicita. Nam etsi sine nostra distinctione Imp. Iustinianus in l. vn. §. 2. de *raptu Virg.* generaliter & abscline dicat: *sive volentibus sive noalentibus virginibus tale facinus fuerit perpetratum;* tamen non solum antecedentia legis verba: *oportet etenim ut quicunque uxorem ducere voluerit — parentes vel alios quos decet, petat, ut cum eorum voluntate fiat legitimum connubium,* item consequentia verba: nisi

4

ni si etenim eam sollicitauerit, ni si odiosis artibus circumuenerit,
non faciet eam velle in tantum dedecus sese prodere PARENTI-
BVS, QVORVM MAXIME VINDICTAE INTERERAT, si patientiam
praebuerint ac dolorem remiserint, deportatione plectendis,
sed & l. i. C. Theodos. de Raptu Virg. ex qua suam consti-
tutionem maxima ex parte Iustinianus desumit, euincunt, ea
verba Iustiniani referri debere ad casum, quo volens puella
inuitis & insidiis parentibus rapitur. Ita enim haec lex infit:
si quis nihil cum parentibus puellae ante depectus inuitam eam
rapuerit, vel volentem (sub eadem circumstantia i. e. insciis
& inuitis parentibus) abduxerit. Certe eodem modo legem
Iustiniani accepit, suamque fecit CAROLVS V. in constitutione
Crim. art. 118. vbi verba haec sunt: Darum mag der
Lhemann oder Vater, ohnangesehen ob die Ehefrau oder
Jungfrau ihren Willen dazu giebt, peinlich klagen, quibus
verbis sublatum disserimen inuitae & volentis mulieris aper-
te restringitur ad casum, quo mulier sui iuris non est, sed
vel in potestate maritali vel patria degit. Quae cum ita
sint, persuasum etiam nobis est, verba in lege Iustiniani:
*Si enim ipsi raptore metu vel atrocitate poenae ab huiusmo-
di facinore se temperauerint, nulli mulieri siue volenti siue no-
lenti peccandi locus relinquetur, quia hoc ipsum velle mulie-
rum ab insidiis nequissimi hominis, qui meditatur rapinam,*
inducitur, ex quibus Interpretes recte colligunt: volentem
feminam praesumi seductam artibus fraudulentis raptoris,
ni si contrarium ostendere paratus sit, cum alias dolus
non praesumatur 3), restringendum esse ad casum, quo
femina, quae sui iuris non est, rapitur. Consequenter in
casu, quo femina sui iuris est, & volens abducta est, non

4

haec praesumtio contra raptorem locum habet, sed regulae: dolus non praesumitur, insitimus, saltim tali casu vel maxime res ad arbitrium ICTORUM, quo CAROLUS V. iudices remisit, redit. Id vero, quod de volente modo dictum est, perinde obtinet, licet forte femina adhuc curatorem habeat, contra cuius voluntatem abductio facta 4), tum quia pupillae & minores sunt sui iuris, nec in matrimonio contrahendo a curatorum arbitrio pendent, tum ~~quia~~ CAROLINA patri & marito solum accusationem permisit, nisi forte lex prouincialis expresse raptum ad hunc casum extendat, atque aequalia cum parentibus iura hac in causa tutoribus & curatoribus det. In altero casu vero, si femina vel in potestate patria vel in maritali constituta est, quaestio affirmanda est. Tunc enim delictum adest, quia inuitis iis, sub quorum potestate & custodia femina degit, abductio facta est, siquidem leges omnes tam in codice Iustinianeo quam Theodosiano hoc respectu expressissime tollunt discrimen inuitae & volentis, raptoremque haud excusari sancti assensu mulieris, quae sui iuris non est, vii antea iam dictum est & probatum. Dissimulandum tamen non est, in hoc altero casu etiam iuxta noua principia iuris Canonici 5), de quibus deinceps, aliud obtainere, & pro regula tradi, quod raptus in volentem non committatur, licet ex custodia parentum abductio facta sit. Id quod Doctores etiam ad eum, qui alterius vxorem volentem abducit, adpllicant. 6)

1) in Resp. 143. Vol. I. n. 6. sequ.

2) in Tr. de Criminibus ad tit. de Vi publ. n. 18. 19.

3) MASCARD



3) MASCARD, de probat. Vol. III. Concl. 1253. n. 27 — 30
BACHOV. in Treutler. Vol. II. disp. 32. th. 3. lit. C.

4) FABER in Cod. Lib. IX. tit. 9. def. 2. 3.

5) in Cap. penult. X. de Rapt.

6) à SANDE Lib. V. t. 9. def. 10.

§. IV.

Quia raptus iuxta definitionem in abductione i. e. translatione feminae in alium locum consistit, constat inde, quomodo stuprum violentum, quod vtique affinitatem quandam cum Raptu habet, ob quam quoque Ddres quidam 1) a Raptu ad stuprum violentum concludere solent, a raptu differat. Nam in hoc delicto inuita mulier vi comprimirur sine abductione, licet fieri possit, vt per aliquot passus in latebras aut propinquum cubiculum, delicti commodius exercendi causa, retrahatur 2). Sed sunt etiam aliae differentiae inter vtrumque delictum. Nam raptus saepe fit consentiente puella vel muliere, inuitis solum parentibus eius aut marito; stuprum violentum vero semper inuitae & coacte consentienti infertur. Raptus porro plerumque fit ea intentione, vt quis feminam, quam cum consensu parentum & cognatorum & sic honesto more obtinere non potest, per vim obtineat, & sic hostili more unehlicher weiß coniugium comparet; stuprum violentum vero plerumque libidinis solum explenda causa committitur 3). Denique raptus est longe grauius delictum, ideoque etiam grauius punitur, dum non solum se-

A 3

curi-



curitas publica insigniter eo delicto laeditur, sed & ex eo
plura scandala & quandoque etiam homicidia oriuntur 4).

- 1) CARPOV. in Pract. Crim. P. II. quaeſt. 75. n. 68. FARI-
NAC. Prax. Criminal. quaeſt. 147. n. 26. FINCKEL-
THAVS. Observ. 114. n. 5. seq. STRVY. in not. ad Brun-
nem. I. Eccl. L. 2. c. 18. ad §. 27.
- 2) THEODORICI Colleg. Crim. c. 6. theſ. 8.
- 3) zoës. in Commentar. in Cod. tit. de raptu Virg. in
Annotat.
- 4) l. 1. in pr. C. de Raptu Virg.

§. V.

Cum igitur Raptus ex grauiſſimis delictis sit, quo
eum ipſe Imp. IVSTINIANVS 1) retulit: non est mirum,
eum disciplina Romanorum graubus poenis coercitum es-
ſe. Non ſolum enim leges capitali supplicio mancipa-
runt raptorem, & ne patrocinium ex matrimonio cum
raptā ſperare poſſet, hoc omnino inter raptorem & ra-
ptam prohibuerunt, adeo ut parentes, in id consentien-
tes, & iniuriam remittentes, deportationis poenae ſubie-
cerint; ſed etiam amissionem bonorum contra raptorem,
qui liberos non habet, (liberis enim paternum delictum
nocere non debet, ſaltingue legitima 2) in ſaluo eſſe de-
bet) ſanxerunt, eaque bona adjudicarunt puellae raptæ, ſi
ingenua erat, vel parentibus, ſi puella de facto raptoris
elegiſſet matrimonium, vel monaſterio, ſi raptæ ſanctimo-
nialis erat, vel denique in ſubſidium firſco, ſi parentes de-
ſiciebant, aut in nefarias nuptias ex poſt raptæ conſenſe-
rat.

■ ■ ■ ■ ■

7

rat. Porro eaedem poenae, nempe vltimi supplicii & amissionis bonorum constituta sunt auxiliatoribus, qui in ipsa sceleris executione raptorem iuuarunt. Denique ius priuatae vindictae indulsum est parentibus, consanguineis, tutoribus raptae, si in flagranti adeoque in fuga raptor vel socii deprehendantur, ita ut deprehensi interfici posuerint 3).


1) in l. vn. C. de Raptu Virg.

2) vid. Ant. MATTHAEI de Criminibus ad tit. de Vi publ. n. 15.

3) vide l. vn. C. de Raptu Virg. l. 54. C. de Episcop. & Cler. Nouell. 143. & 150, vbi hae poenae continentur omnes.

§. VI.

Sic itaque se habet rigor iuris Romani aduersus raptatores. Eum adprobauit quidem CAROLVS V. in Constitutione criminali 1), sed ita ut dubium reliquerit, an per omnia & in specie quoad singularia, quae huius criminis poena habet, iuri Rom. assensum praebuerit. Nam non solum nihil de auxiliatoribus habet, sed & licet quoad poenam se remittat ad ius Rom. nihilominus simul poenam arbitrio ICTORUM relinquere videtur. Deinde & solius patris mentionem facit, non etiam aliorum consanguineorum & tutorum, non sponsae vti ius Romanum. Quid mirum ergo si inde Interpretes ansam sumferint, tum ob sanctita iuris Canonici iuri ciuili aduersa, tum ob aequitatem, tum ob alias causas a rigore iuris Rom. in multis capi-



capitibus discedendi. Equidem de *poena capitali* res etiam in *foro certa* est, quod in *regula* obtineat, nisi mitigans aliquod (quod plerumque contra rationem iuris ciuilis introductum est) raptori proslt. Sed quantum ad *amissionem bonorum* plerique *Interpretes* tradunt, eam partem poenae hodie amplius in *vsl* non esse 2), alio hanc alio aliam rationem allegante. Optandum vero foret, vt saltim in casu, quo inuitis parentibus puella volens rapitur, per *LL.* provinciales haec poena reduceretur, bonaque raptoris iis addicerentur. Nam vt hodie est, vbi praeter poenam pecuniariam fisco adPLICANDAM nihil mali raptori fit, parentes quibus tamen maxima & mordens iniuria infertur, non solum omni satisfactione priuantur, sed & saepe maximum damnum & iacturam sentiunt, si e. g. puella bona paterna vel materna opima habet, quorum *vsumfructum* adhuc habuit parens, & quae nunc erepta sibi filia & subsistente inter eam & raptorem iuxta doctrinam iuris Canonici matrimonio raptori quasi in remunerationem delicti & iniuria illatae tradere tenetur. Pauci ex Ddribus vero sunt, qui hanc poenam amissionis bonorum adhucdum durare adserunt, addita ratione, quod addictionis haec bonorum, quae raptae vel eius parentibus fit, non sit commiscenda cum confiscaⁿtione bonorum, quae in fisci fauorem fit, & hinc licet haec posterior per *Art.* 218. *C. C. C.* vt vulgo creditur, ad solum perduellionis crimen restricta sit, illam priorem tamen per citatum *Art.* 218. non posse simul pro abrogata haberi 3). Sed horum Doctorum rationibus etiam adprobatis, nostra tamen sententia distinguendum erit inter addictionem bonorum raptoris, quae fit in fauorem raptae, & quae fit in fauorem &

4

& solatium parentum. Rationes allegatae momentum so-
lum habent in hac vltima specie. Quantum vero ad
primam meminisse debemus, raptae in solatium interdicti
cum raptore matrimonii, per quod pudori laeso consule-
re quodammodo potuisset, bona raptoris addicta fuisse 4).
Nunc vero cum iure hodierno matrimonium permititur,
cur bona raptoris raptae porro permettere volumus? cel-
fante potius causa cessare debet effectus. Manet ergo so-
lum casus, vbi raptta in *dissensu* perficit, & raptoris re-
spuit matrimonium, quia forte cum Helena apud Ouidi-
um 5) dicere potest:

Nec tamen e facto fructum tulit ille petitum,
Excepto redii passa timore nihil.
Oscula luctanti tantummodo pauca proteruus
Abstulit: vltterius nil habet ille mei.

Denique quantum ad *vindictam priuatam* Ddres monent,
non omnem raptum hodie esse capitalem, adeoque quod
iudici non nisi causa cognita licet raptorem perimere,
tanto minus priuatis licere posse, nisi persequentibus ra-
ptorem consanguineis is resistat, vimque inferat. Quia
enim eorum aggressio iusta est, a parte raptoris resisten-
tia iniusta esse incipit, & vsum moderaminis occiso raptor-
re legitimat 6). Ad vltimum matrimonium cum raptta
non modo legitimum & ratum iure Canonico, quod in
matrimonialibus etiam Protestantes sequuntur 7), declara-
tur, sed & ideo in foro subsequens matrimonium raptum
minuit, & poenae extraordinariae locum facit.

B

1) Ar-



3) Artic. 118.

- 2) vid. BOEHMER in Iure Crim. h. t. §. 141. MEISTER in Iure Crim. h. t. §. 7. ENGAV in iure Crim. §. 245. LAVTERBACH in Consil. Tubing. Vol. IV. consil. 204. n. 37. DAMHOVDER Pract. Crim. Quaest. 97. c. 16.
- 3) vt BERGER in Oecon. iur. p. m. 828. not. 3. THEODORICI in Iur. Cr. c. 6. aphor. 8. n. 14. ill. KOCH in Inst. ration. Iur. Crim. edit. nouiss. §. 365. adde §. 140.
- 4) vide l. vn. C. de Raptu Virg. & Nouell. 143.
- 5) Heroid. epistol. 16. vers. 25.
- 6) conf. BÖHMER. in Commentar. ad Art. 118. C. C. C. §. 9. in f.
- 7) vid. CARPOV. pract. Crim. quaest. 75. n. 68. LYNCKER ad Dessel I. Canon. Lib. 5. tit. 17. §. 2. KRESS. ad Art. C. C. 118. §. 7. FINCKELTHAVS. Observ. 114. n. 17.

§. VII.

Iam cum & circa raptum sponsae inter ius romanum, canonicum, & praxin insignis diuersitas se prodat, eam nunc vberius declarare tempus erit. Est vero sponsa vel propria vel aliena. Est quoque vel volens, quae rapitur, vel inuita. Est denique vel sponsa nostra mediantibus sponsalibus publicis & validis, vel mediantibus clandestinis & inualidis: eaque sponsalia vel raptum antecesserunt, vel subsecuta sunt. Secundum hos diuersos respectus thema praescriptum excutiemus.

§. VIII.



§. VIII.

Atque primo quidem quantum attinet ad *sponsam alienam*, nulla dubitatio est, quin proprius dictus & verus raptus committatur, siue vnicae libidinis explendae causa, siue eo fine suscipiatur, ut a matrimonio ineundo sponsa abstrahatur, quod raptor cum tali persona coniungere praepoptat, de quo casu aliquot illustres raptus in historiis occurrentes, & in primis illum, quem Carolus VIII. Galliarum rex in ANNA BRITANNA Maximiliani I. Romanorum tunc Regis postea Imperatoris sponsa commisit, concessit LEYSERVUS 1). Eiusmodi raptum iuxta leges ciuiles capitalem esse in aprico est 2). Si enim qui puellam sui iuris rapit, morte punitur, quanto magis is, qui alterius sponsam sciens rapit, concurrente sic cum rapina adulterii crimine vel quasi 3). Suo modo & ad hunc casum quadrant verba Iustiniani de raptu alienae vxoris loquentis & dicentis: *Quae multo magis contra eos obtinere sancimus qui nuptas mulieres ausi sunt rapere, quia duplice tenentur crimen tam adulterii scilicet quam rapinae, & oportet acerbius adulterii crimen ex hac adiectione puniri* 4). Id tamen ut dici, & exasperatio poenae obtinere possit, supponenda sunt sponsalia *valida*, nam si sponsalia clandestina & nulla sunt, non simul committitur adulterium vel quasi, sed femina consideratur ut nulli despontata, adeoque nil nisi merus raptus eius abductione committitur. Et iure Rom. quidem nihil interest, vtrum sponsa volens se abduci patiatur a raptore, an inuita rapiatur (§. 2.) nisi quod priore casu & ipsa puniatur, si assensum suum praeberuit, & iure mariti accusari possit 5). Verum iure

B 2

Canon.



Canon. & hodierno discriminem *volentis & inuitae sponsae*
vtique respiciendum erit. Nam si in raptu vxoris alienae,
quod tamen maius delictum est, quam si quis solum
alienam sponsam rapit, id discriminem attendimus, (§. 2. in
f.) multo magis id in raptu sponsae alienae attendere de-
bemus. Si quis ergo *volentem* sponsam alterius abduxer-
it, poenae extraordinariae solum locus erit, & ipsa spon-
sa, quod fidem sponsalitiam violauit, & assensum rapo-
ri praebuit, perinde punitur 6). Praeterea & ius Can.
sancit, vt sponsa rapta sposo suo reddatur, si is eam in
matrimonium ducere velit 7).

1) in Medit. ad ff. specim. 593. med. I. 2. 3.

2) pr. l. vn. C. de Raptu Virg. ibi: *sive iam desponsatae fuerint, sive non,*

3) cf. l. 7. C. ad L. Iul. de Adult. PHILIPPI diss. de adul-
terio despensatorum.

4) adde ipsum Iustinianum expresse ita explicantem in Nov.
143. pr.

5) l. 13. §. 3. ff. ad L. Iul. de Adulteriis.

6) ENGAV in Iur. Crim. §. 243.

7) can. 33. caus. 27. quaest. 2. adde BÖHMER I. Eccl. Pro-
test. L. V. tit. 17. §. 141.

§. IX.

Maioribus dubiis inuoluta est quaestio de *sponsa pro-
pria*. Etenim statim exoritur dubitatio, an in sponsa
propria crimen raptus terminos habiles inueniat? quid
enim



enim an delictum capitale esse potest abducere illam, quae
mihi de matrimonio fidem dedit? sponsam, quae in ple-
risque causis vxoris iure censetur? Et sane iure antei-
ustiniane non videtur raptus cadere in sponsam propriam.
Lex enim CONSTANTINI 1) supponit hanc circumstantiam:
ut quis nihil cum parentibus puellae ante depectus invitam
eam rapuerit: quibus verbis fere expresse a Raptu exclu-
ditur sponsus. Nihilominus IUSTINIANVS 2) raptoribus
adnumeravit etiam eum, qui *saltim sponsam suam per vim*
rapere ausus fuerit. Sunt quidem nonnulli Doctores 3),
qui partim verbum svam addititum & spurium esse exi-
stimat, praesertim cum nec in Nouella CXLIII. nec in
Nouella Leonis XXXV. in quibus tamen summa constitu-
tionis Iustinianae traditur, vlla sponsae propriae mentio
fiat; partim & ad minimum particulam NON omissam
adeoque *sponsam non-suam* legendum esse contendunt, id-
que ex contextu satis liquere dicunt 4). Verum cum
quantum ad prius, omnes libri ita legant, cum BASILICA 5)
& HARMENOPVLVS 6) conspirent: fides lectionis in du-
biu vocari & glossema agnoscit nequit. Nec, quantum
ad posterius, cum Boehmero eiusque interpretatione face-
re possumus, qui verba Iustiniani ex contextu ita inter-
pretari vult: *quibus connumeramus* (i. e. qui duplicitis cri-
minis adulterii & raptus rei sunt) *eum, qui saltim sponsam suam rapuerit,* vt probabile faceret, legendum esse
sponsam non-suam. Nam contextus hanc interpretatio-
nem respuit, ex quo potius patet, in his & antecedenti-
bus verbis sermonem esse de vindicta priuata contra ra-
ptorem permissa certis personis. Vnde verba citata sic

B 3

inter-



interpretanda & cum antecedentibus coniungenda sunt: quibus connumeramus (id est iis, qui in flagranti deprehensi interfici possunt,) etiam eum qui vel sponsam suam per vim rapere ausus fuerit. Et particula *saltim* non notat minimum, ad minimum, ut Böhmerus eam accipit, sed potius hic usurpat pro tantum, tantummodo. Admissa quoque Böhmeri interpretatione Iustinianus idem bis dixisset, dum iam in initio legis de *virginibus despensatis* alteri locutus est, adeoque prorsus superflue iterum de sponsa in genere, vel de *sponsa non-sua* sanxisset. Sed si eius verba de *sponsa propria*, ut sonant, accipimus, Iustinianus a tautologiae vitio liber est. Nec deest interpretibus ratio. Aiunt nempe, ideo raptum sponsae propriae etiam puniri, quoniam conditioni renunciare potest, donec dominum ducta fuerit 7), cui accedit, quod raptus etiam sponsae hostilitatem sapiat, matrimonio, quod consensu & affectu constat, ac liberum esse debet, maxime aduersam.

1) in l. 1. C. *Theodos.* de Raptu Virg.

2) in l. vn. C. de Raptu Virg.

3) vide *Petr. BVRGII Elector.* cap. 16. in *Thef. Otton.* T. I. pag. 336. cui adstipulatur BOEHMERVS in Iur. Eccles. protest. Lib. V. tit. 17. §. 149.

4) VII BOEHMERVS c. 1. & §.

5) Lib. X. tit. 58. §. 1.

6) Lib. VI. t. 7. §. 1.

7) l. 1. & l. 10. C. de sponsal. ERVNNEMAN. Consil. 176, n. 25.

§. X.



§. X.

Id vero per se intelligitur, sponsam propriam, si in eam Raptus crimen cadere debet, *invitam rapi* debere. In volentem vero vix est, vt raptus committatur, licet id velit LYNCKERVS ¹⁾, quem refutant ipsissima Iustiniani verba: *qui saltim sponsam PER VIM rapere ausus fuerit.* Nec in volentem quadrat allegata (§. anteced. in f.) ratio Interpretum, quam huic sanctioni accommodant. ²⁾ Supponimus quoque *legitimam* sponsam, nam si clandestina solum foret, quae sine praescitu & consensu patris fidem de matrimonio dedisset, haec sponsa, vt Iustinianus eam nominat, dici non meretur, sed pro non-desponsata in sensu iuridico habetur, adeoque eius etiam volentis raptus sub dispositione juris communis relinquitur, quadrantibus in eum casum verbis Caroli V. *drum mag der Vater, ohnangese- hen ob die Jungfrau ihren Willen dazu giebt, peinlich flagen.*

1) in T. I. Resp. 143. n. 33. 65.

2) conf. etiam *Groenewegen ad l. vn. C. de Raptu Virg.*
BOEHMER in Comment. ad C. C. art. 118. §. 5.

§. XI.

Ab hoc iure Iustinianeo vero, quod etiam *sponsae propriae* raptum verum statuit, discessit ius Canonicum, tum fauore matrimonii, tum ideo forte, quod longe sanctius ex iure hodierno, quam Romano, vinculum ex spons-



sponsalibus contractis nascitur, & sic etiam minus videtur delinquere, qui sponsam propriam iure legitimo deponsatam rapuit. 1) GELASIVS papa 2) ius ante-iustinianum adprobat his verbis "Lex illa praeteritorum principum ibi raptum dixit esse commissum, vbi puella de cuius antea nuptiis nihil aetum fuerit, videatur abducta." Et GREGORIVS papa 3) ait: "Si quis virginem vel viduam, nisi de sponsauerit, rapuerit, vel furatus fuerit in vxorem, cum libi fauentibus anathema sit."

1) in c. 49. cauf. 27. quaest. 2.

2) in c. 5. cauf. 36. qu. 2.

§. XII.

Sed cum sponsa vel legitima vel clandestina esse possit, quaestio exsurgit, an iure Canonico is etiam a raptu excusat, qui puellam volentem clam insciis parentibus sponsauit & abduxit? antiquo Canonum iure quaestio utique neganda, quo iure consensus parentum & in sponsalibus & in matrimonio absolute & sub nullitatis poena desideratus fuit, vti demonstrauit BOEHMERVS 1). At iure decretalium secus & quaestio affirmanda est. IVCIVS III. papa 2) expressim censuit: "quod iste raptor dici non debeat, qui habuerit mulieris assensum, & prius eam despousauerit, quam cognouerit, licet parentes reclamarent, a quibus eum dicitur rapuisse".

1) in I. Eccl. Prot. L. 4. tit. 2. §. 2. seq.

2) in cap. 6. X. de Raptu.

§. XIII.

§. XIII.

Iam quo iure hodie vtemur in Germania? nostra
sententia haec est: cum CAROLVS V. in C. C. non solum in
genere quoad poenam raptus sese ad Ius Romanum remi-
serit, sed & quoad conceptum raptus, quatenus sit volente
puella at inuito parente, iuris Romani principia adproba-
nerit in verbis: wider des ehelichen Vaters Willen, item:
Ehnangesehen ob die Jungfrau ihren Willen dazu giebt;
pro vero vtique raptu & formaliter tali habendum erit, si
quis puellam sub potestate patris constitutam clam sibi de-
sponsauit, & dein abduxit matrimonii consummandi causa.
Nihilominus tamen poenam ordinariam gladii in tali casu
locum non inuenire debere certus sum. Nempe quia
propter auctoritatem iuris Canonici eius principia & san-
cta iuri Ciuali aduersa vsu fori inter mitigantia huic deli-
cti relata sunt. 1) Sunt quidem qui iuri Canonico prorsus
conuenienter raptum omnino non agnoscunt & pro ratio-
ne adducunt, quod talis abductio non fiat uehrlicher
weiß. 2) Sed an recte? valde dubito. Nonne enim hoc,
si quidquam, est & dici meretur, *hostili more sibi matri-
monium coniungere studere*, si quis inuitis parentibus puel-
lam ad sponsalia clandestina adducit, & dein insciis paren-
tibus abducit, & benedictionem sacerdotalem impetrare stu-
det. Id quod in primis apud Protestantes, apud quos con-
fensus parentum ad sponsalia liberorum de necessitate re-
quiritur, locum inuenit, vt proin is non potest non agere
illicite contra leges & honestatem publicam uehrlicher
weiß, qui consensu hoc spreto filiam clandestinis artibus

C

sibi



sibi copulare intentus est. Et verba: unehrlicher weiss non notant vnice libidinis explendae causa rapere, sed idem exprimunt, quod Iustinianus dixit: hostili more sibi matrimonium clam parentibus coniungere studere. Maneat ergo verum, quod in nostro casu verus quidem raptus committatur, sed tamen poena solum extraordinaria infligi possit, mitigante poenam hac circumstantia, quod raptor sponsam suam, licet clandestinam, rapuerit. Et solent Doctores in tali casu vel poenam pecuniariam, vel relegationem decernere; ultra relegationem vero vix procedunt. 3)

1) ita & sentiunt BERGER in Oecon. iur. pag. 828. not. 3.
KRESS. ad Art. 118. C. C. §. 7. SCHILTER Ex. 49. §. 105.
FIRHING ad ius Can. tit. de raptor. §. II. n. 5. & 7. BOEHMER I. Crim. §. 141.

2) vide ill. KOCH in I. Crim. edit. nouiss. §. 364. schol. adde
WILDOV р. Resp. 151. n. 21.

3) STRVV. Obseru. Crim. I. cap. 13. SCHILTER Ex. 49. §. 105.
FINKELHAUS Obs. 114. n. 17. BLVMLACH, ad Art. 118.
C. C. n. 2. BOEHMER in I. E. P. Lib. V. t. 17. §. 140.
in f.

§. XIV.

Et haec quoad poenam tam inter Catholicos quam Euangelicos ita obtinebunt. Sed quod attinet in specie Protestantes, quaeritur: an non parentes, quibus iniuris abducio puellae facta est, annulationem matrimonii petere possint? Sane ex principiis Protestantium consensus paren-

tum



tum est de necessitate, & matrimonium liberorum sine eo
est nullum & validitate destitutum. 1) Quin non solum
patris, sed & post eius mortem matris consensum a liberis
requirendum esse plerumque statuitur. 2) Videtur ergo
prono inde alueo fluere, matrimonium quod inter raptor-
em & raptam volentem initum, parentum consensu vero
destitutum est, inefficax esse, & ad parentum instantiam an-
nullari posse. Et sunt etiam, qui non solum tale matrimo-
nium invalidum pronunciant, sed & id raptori ad miti-
gandam poenam nequidem prodesse statuunt. 3) Enimue-
ro primo, si quis etiam in hanc sententiam pronus esset,
cogitandum erit Carolum V. in Art. 118. *patris* solum men-
tionem facere non matris, & ideo mitius cum eo agendum
esse, qui pueram patre orbatam clam matre sibi desponsa-
uit, & abductam volentem alibi sibi copulari curauit, praes-
ertim cum ea, quae de matria potestate, seu de potestate
patria non ex iure Romano, sed ex iure Naturali, secundum
quod utriusque parenti communis est, aestimanda, proferun-
tur, multis dubitationibus obnoxia sunt, siquidem in Ger-
mania non patriam potestatem naturalem, sed potius Ro-
manam, prout legibus Romanis nouioribus formata est,
recepimus. 4) cuius potestatis vero, a qua tamen depen-
det ius consentendi in nuptias liberorum, mater incapax
est. Secundum quae principia nos dicendum putamus,
matris consensum, nisi ordinationes Ecclesiast. quales alicubi
extare certum est, 5) expresse eum desiderent, necessarium
haud esse.

1) BOEHMER in I. E. P. L. 4. t. 2. §. 9. 10. II. &c.



- 2) BOEHMER T. II, Resp. 162. n. 59. 60. &c.
 3) quo in numero sunt LYNKER Resp. 143. n. 14. STRYK de
 dissensu sponsal. Sect. 5, §. 43 BOEHMER in I. E. P. L. V.
 t. 17. §. 150. BOEHMER in Obs. ad CARPOV. Pract. Crim.
 qu. 40. Obs. 3.
 4) quod iniustis argumentis monstrant HEIMBURG in diff. dif-
 ficill. capita Emancip. RENZ. in diff. mixtura iuris Rom. &
 Germ. in materia de patr. potest.
 5) vide BOEHMER I. E. P. L. 4. t. 2. §. 12. 14.

§. XV.

Deinde vterius cogitandum est, apud Protestantes
 sponsalia quidem vbique inualida esse, quae sine parentum
 consensu inita sunt; at si despontati clandestine vterius
 progressi vel copulam carnalem vel sacerdotalem adhibuer-
 unt, adeoque de clandestinis sponsalibus, que in matri-
 monium abierunt, nunc sermo sit, tunc plerorumque lo-
 corum & moribus & iuribus tale matrimonium non annul-
 latur, sed in vitiatae fauorem & ad euitanda incommoda
 & scandala inde oritura conualescit, & pro legitimo habe-
 tur. 1) His conuenienter ergo dicendum erit: parentes
 non posse ob raptum filiae quam quis clam sibi desponsauit,
 & dein volentem abduxit, & benedictionem sacerdo-
 talem impetravit, in irritum vocare, sed & raptorem &
 raptam ob scandalum solummodo puniendos esse, ille ob
 facinus in iniuriam parentum & contemnum legum & or-
 dina-



dinationum Ecclesiasticarum suscepimus, haec ob consensum
in raptum, per quem criminis societate obligatur. 2) Ple-
rumque vel relegationis vel carceris, vel pecuniaria poena
adhibetur, vti antea iam dictum est.

1) LEYSER sp. 291. med. 1. 2. 3. & sp. 294. med. 1. WERNH.
p. 2. Obs. 421. & p. 3, Obs. 22. LYNEKER resp. 143.

n. 20. 21.

2) ENGAV in iur. Crim. L. I. §. 243.

§. XVI.

Restat ynis adhuedum casus, vbi quis tempore ra-
ptus nulla sponsalia nec publica nec clandestina cum raptis
habuit, sed post raptum inuita & renitente puella factum
raptor raptam ad consensum in sponsalia adducit, ita vt
nunc matrimonium vtriusque consensu subsequatur. Vocant
hoc vulgo Doctores raptum *matrimonii causa* facere, & quaer-
runt, an haec raptoris intentio ad eius excusationem &
poenae mitigationem proficiat? De iure Ciuli vix ambi-
gendum, quin talis raptor omnem rigorem poenarum sub-
ire debeat. Cum enim hoc iure raptori omni matrimonio-
ni cum raptis contrahendi spe interdicitur: in aprico est,
non mitigari poenam ei, qui iccirco rapuit, vt raptam in
matrimonium duceret. Ratio quidem dubitandi esse pos-
set, quod omnis raptus, vti vulgo definitur, libidinis ex-
plendae causa fiat, vel vti Carolus V. id exprimit: einer
unehrlicher weiss, hic vero ex supposito raptus fit matrimo-



nii causa, ergo rigor poenarum hic cessare debet. Verum enim vero, per libidinem omnis *illicita copula carnalis & inordinatus coitus intelligendus est.* Et actum esset de honestate feminarum & securitate, si quarum nuptias ordinario modo adpetere aut sperare non licet, eas per vim abducere, & dein vbi alia salus ipsis non est reparandi honoris, eas ad matrimonium adigere liceret. Nonne hoc foret: hostili modo matrimonia coniungere, in quod inuehitur aequissime Iustinianus in *l. vn. C. de Raptu Virg.* Alia dubitandi ratio ex ipsa hac lege petitur, quod nempe Iustinianus dicat: *maxime cum virginitas vel castitas corrupta restitui non possit*, vnde elucere dicunt, Imperatorem in constituenda poena ultimi supplicii ad corruptam castitatem respexisse, ac per hoc poenam ad causam libidinis restitutam voluisse. Sed quis non videt, exaggerandi sceleris causa haec solummodo dicta esse, non vero ut qualitatem & requisitum constituendi criminis adiecta esse, adeoque non ut ostenderet Imperator, raptum non esse absque adulterio vel stupro, sed ut doceret, grauius habendum scelus, si praeter vim etiam pudicitiae iacturam raptam lugeat. Et tamen ob has male fundatas rationes CARPOVIVS 1) in hoc casu raptorem a poena mortis absoluit, poenamque arbitriam, quae relegationem non excedat, dictari vult. Tolerari vero ipsa decisio potest, si quaestionem ad ius Canonicum referimus. Hoc enim ius & hic mitius fuit iure Romano, statuit enim Innocentius III. "et si nulla mentio nuptiarum aut despousatio praecesserit, tamen raptam puellam legitime contrahere cum raptore, si prior dissensio transeat postmodum in consensum, & quod ante dissensio cuit,



"cuit, tandem incipiat complacere, dummodo ad contrahen-
"dum legitimae sint personae" 2). Ius hoc ergo conten-
tum est solo matrimonio subsequenti, per quod purgatur
vitium praecedens, & per consequens non amplius locum
inuenit poena, saltim non ordinaria. Evidem contra di-
citur a nonnullis: licet hoc capitulum cum praecedenti
penultimo matrimonium statuat valere, de poena tamen
nihil haberi ibidem, poenas ergo iuris civilis non sublatas
esse, qua de causa etiam quidam Doctores 3) mirabili foe-
dere vitrumque ius coniungere cupientes statuunt, per ma-
trimonium, quod ius Canonicum permittit, puellae solum
satisfieri, eo autem non obstante feralem dein sententiam
in raptore marito secundum rigorem iuris civilis exequi
iadicem posse. Sed non perspiciunt, sic nullius momenti
fore dispositionem iuris Canonici de validitate matrimonii,
si raptor momento post gladio e viuis tolleretur. Et quis
credat, eam iuris Canonici sententiam fuisse, vt post mo-
mentaneum matrimonium nouus maritus denuo eripiatur
per carnificem? potius admissio vnius est exclusio alte-
rius. 4) In honorem matrimonii ergo, vt dicunt, raptor-
ibus poena ordinaria remittitur, & Doctores 5) in eo
conueniunt, iuris Canonici misericordiam praferendam
esse leueritati iuris civilis etiam in terris Protestantium,

D

dum



dum in matrimonialibus iuris Canonici placita retenta sunt.

1) Lib. VI. Resp. 87.

2) in cap. vlt. X. de Raptor.

3) PEREZ in Cod. Lib. IX. tit. 13. n. 7. CHRISTINAEV^S
Vol. I. Decis. 334. n. 13. Iul. CLAR. §. Raptus n. 8.
vbi ad exempla prouocat.

4) confer rationes ita subducentem post alios BOEHMERVM in
Comment. ad Art. 118. C. C. §. 9. & in Obseru. ad
CARPOV. quaest. 40. obs. 3.

5) vid. BERGER. in Ocean. int. pag. m. 115. & 128.
MENCK ad Pandect. tit. de Adult. §. 37. HAHN ad
Wesenbec. tit. eod. n. 21.

S. XVII.

Illud vero non est praetereundum per Concilium Tridentinum 1) aliquatenus esse restrictum hoc ius pontificium. Nam cum per illimitatum ratificationem matrimoni



4

monii cum rapta non sine causa videbatur raptus promoto-
rus, & raptoribus spes certa data per delictum suum sibi
iungendi puellam, cuius aliter compotes fieri non pote-
rant: placuit patribus congregatis distinguere: utrum
rapta extra potestatem raptoris constituta consenserit in
matrimonium, an in potestate: ut illo casu matrimo-
nium valeat, hoc non aequa. Quamdiu ergo in pote-
state raptoris est, nullum matrimonium potest consistere.
Quodsi vero liberata ab eius potestate raptorem maritum
habere voluerit, tunc demum ratum est matrimonium.
Præterea notandum, ex dispositione Concilii Tridentini
quamuis per matrimonium tollatur poena capitalis non ta-
men tolli poenam excommunicationis & ceteras poenas ec-
clesiasticas. Verba haec sunt: "Decernit sancta Synodus
"inter raptorem & raptam quamdiu ipsa in potestate raptor-
"ris manserit, nullum posse consistere matrimonium.
"Quodsi rapta a raptore separata & in loco tuto & libero
"constituta, illum in virum habere consenserit, eam raptor
"in uxorem habeat, & uihilominus raptor ipse ac omnes
"illi consilium, auxilium, & fauorem praebentes sint ipso
"iure excommunicati, ac perpetuo infames, omniumque
"dignitatum incapaces, & si clerici fuerint, de proprio

D 2

gradu



gradu decident, & teneatur praeterea raptor mulierem
raptam — decenter arbitrio iudicis dotare.

1) Seff. 24. c. 6. adde FIRHING. ad ius Canon. Lib. V.
tit. 17. §. IV.

TANTVM.



X 25A 07017

ULB Halle
007 469 942



V018

1776, 2
11
4

DISSERTATIO IVRIDICA INAVGVRALIS

DE
RAPTV SPONSAE,

Q V A M

ANNVENTE ILLVSTRI ICTORVM SENATV
IN ALMA AC PERANTIQVA ELECTORALI
ACADEMIA ERFVRTENSI

PRAESIDE

IANO,
STOPH.

MORIS MOGVNTINI
ET IVDICII PRO-
FEVDALIS

IS
NSEQVENDO,
NSELMINI

C.
XAMINI

ELHARDT,

DOLPHI NONNE,

